

Sublimes humili sensus attempore linguae :
Nec mihi ab ore sed ex pectore verba fluunt.
Nilacis ornate alii delubra tropaeis,
Laudo ; sed in præsens causa aliena mihi est.
Humanæ verbis sophia inclarescere nolens,
Paulus adest doctis debitor et rudibus.
Cum David cinere, et ciliicio horrescat amictu,
Rheticis compta quis volet esse rosis?

A. Jam mihi purga aures atque excute facie palatam,
Vel magis intra animi septa redito tui.
Non linguae, sed cordis ad hæc delectus habendus :
Nam mihi cum rebus tota palæstra fuit.
Ne sensu hæc sapias, sed quo sunt prodita gustos
Spiritu, et hoc animæ viscera pasce bono.
Consultum pariter summis minimisque volebam,
Et ratio captus omnis habenda fuit.

Sequitur in editione Coloniensi tomus seu pars III Operum S. Brunonis. Continet, præter sermones quodam, opuscula De laudibus Ecclesiæ, De ornatis Ecclesiæ, De novo mundo, De festivitatibus festivitatum. Quæ tamen non sunt Brunonis Carthusiani, sed Brunonis Astensis episcopi, et ejus Operibus annumerantur. (Vide infra ad annum 1125.) Opuscula supradicta excipiunt S. Brunonis epistolæ binæ, Sermo De contemptu divitiarum et appendix De origine sacri Carthusiensis ordinis.

DIVI BRUNONIS

EPISTOLÆ BINÆ

Quas scripsit ex eremo Calabriæ cum ex urbe Roma ad eam se solitudinem, in qua et obiit, postliminio se receperisset.

I.

Ad Radulphum Viridem, Ecclesiæ Remensis præpositum, ad contemptum mundi, ritam eremiticam contemplativamque optimam Mariæ partem, insuper ad voti impletionem, exhortatoria.

(Vide inter Acta S. Brunonis, n. 683, hujus tomus col. 420.)

II.

Ad filios suos Majoris Carthusiæ.

(Vide ubi supra col. 418.)

SERMO DE CONTEMPTU DIVITIARUM.

Facilius est camelum per foramen acus transire, B scriptum est : Pecuniae obedient omnia (Eccles. x, 19). quam divitem intrare in regnum cœlorum (Matth. xix, 24). Hoc autem significabat illa amphora, in qua impietas clausa erat, de qua ne egredi posset, massa plumbea os amphoræ claudebat (Zach. v, 6, 7). Quia in re datur intelligi quam difficile sit de ventre avaritiae hominem avarum vel extrahi vel separari posse. Narrat enim Zacharias propheta se vidisse amphoram egredientem, de qua cum interrogaret quid esset, dictum est ei : Hæc est amphora egrediens, et hic est oculus eorum in universa terra ; et ecce talentum plumbi portabatur : et ecce mulier una sedens in medio amphoræ (ibid.). De qua cum interrogaret quæ esset, dictum est ei quod esset impietas. Os autem amphoræ massa plumbea clausum erat. Et ecce duæ mulieres egredientes, quæ habebant alas quasi milvi, levaverunt amphoram inter terram et cœlum ut ædificetur ei domus in terra Sennaar, et stabilietur, et ponatur ibi super basim suam, etc. Quid enim per amphoram nisi avaritia significatur ? Hic oculus eorum. Quorum eorum? Eorum videlicet qui eam diligunt in universa terra. Omnes enim ad eam spectant, omnes ad eam tendunt, quoniam sicut

C ptum est : Cecidit, cecidit Babylon illa meretrix : et facta est habitatio dæmoniorum (Apoc. xiv, 8). Miseri igitur et per omnia infelices, qui inter dæmonia habitaturi sibi in terra Sennaar domum invenerunt. A qua nos eruat mitissimus Dominus noster Jesus, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per æternâa aëcula. Amen,